



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ebrietas fugienda est propter duo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

**Beda,** eius. Vnde Beda . Non quantitatem muneris pensat Deus , sed deuotionem cordis . Et Isidorus . Quod enim affectu bono dispensatur , hoc accipit Deus .

*Ebrietas fugienda est propter duo.*

**Eph. 5.** **P**rimo, quia scriptura docet. Dicebat Paulus . Nolite inebriari uino in quo est luxuria . Et Saluator noster . Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate . Secundo propter mala , quæ ex ebrietate oriuntur , quæ sunt quatuor . Primum est , quia bona natura exterminat . Vnde Pater Augustinus . Ebrietas aufert memoriam , inuoluit linguam , corrumpit sanguinem , omnia membra debilitat , uitam diminuit , & omnem salutem exterminat . **Beda,** Immoderatus austus uini interioris , & exterioris uisus ingerit cecitatem . **Tullius** Quin potius mente recta ( ait Tullius ) uti non potest , multo cibo , & potatione repletus . Secundo , quia omnia uitia hominem incuruat . **Galien.** ebriosus ( ait Galienus ) seruus est omnium uitiorum . Tertium , quia sepe **Ecc. 31** discordias generat , & guerras .



clesiasticus. Vinum multum potatum  
irritationem, & iram, & ruinas mul-  
tas facit. Quartū quia mortem æter-  
nam parat. Ifayas. Væ qui confurgens  
mane ad ebrietatem, &c. Ecclesiasti-  
cus. Amaritudo animę uinum mul-  
tum potatum.

Isa. 50  
Ecc. 31

*Aequitas triplex, scilicet.*

**C**ordis, quam requirebat Do-  
minus Salomoni dicens. Si  
ambulaueris coram me in sim-  
plicitate cordis, & æquitatis, ponam  
thronum regni tui supra Israel in sem-  
piternum, &c. Tunc cor æquum est,  
cum amamus quod decet, timemus  
quod oportet, gaudemus de ueris  
tantum bonis, & dolemus de pecca-  
tis. Oris. æquitas oris consistit in tri-  
bus, scilicet, ut uerba quæ loquimur,  
sint pauca, uera, & utilia. Operis.  
operis æquitas consistit in tribus, in  
rectitudine, in iustitia, & discretione.

3. Re. 9

Rectitudo refertur ad intentio-  
nem, iustitia ad utili-  
tatem, discretio  
ad donum.